



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

IV. De Diligentiâ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

36 . Manualis Parochorum.  
eius ( qui perierit ) de manu tua requi-  
ram.

NVM: IV.

*Diligentia.*

PArs altera prudentiæ est diligen-  
tia , sedulitas, maturatio. Negli-  
gere , & lentiùs , quām par sit, agere,  
aut cunctari, multūm in bellis, & ciui-  
libus negotiis nōcumenti adfert : plus  
in curā animarum : occasiones hīc ne-  
glectæ , aut non arreptæ , quæruntur  
deinde cum lacrymis : sed iam fru-  
strà ; cùm aufugerint , non redeunt.  
Scribit S. Gregorius l. r. dial. c. 12.  
rem miram de Seuero vitæ admirabi-  
lis, Ecclesiæ B. V. sacerdote, quam hi-  
storiā iisdem propè verbis subiicio.  
Sacerdotem illum quidam Paterfami-  
llias , cùm ad extremum venisset di-  
em, missis nuntiis rogārat , vt ad se  
quantocytus veniret : inopinatò verò  
contigit : vt Sacerdos ad putandam  
vitēm esset occupatus , atque ad se ve-  
nienti-

nientibus diceret : antecedite , ecce  
subsequor ; cùmq; videret sibi in eodē  
opere parùm superesse , paululùm mo-  
ram fecit : vt opus , quod minimum  
restabat , expleret : quo expleto , cœpit  
ad ægrum pergere . Eunti verò in iti-  
nere occurrentes , qui priùs venerant ,  
Pater , inquiunt , quare tardâsti ? noli  
fatigari , quia iam defunctus est : quo  
audito ille contremuit , & magnis vo-  
cibus se imperfectorem illius clamare  
cœpit : flens itaq; peruenit ad corpus  
defuncti , séq; coram lecto illius cum  
lacrymis in terram dedit , cùmque ca-  
put tunderet , séque reum mortis illius  
clamaret , repente is , qui defunctus  
fuerat , animum recepit , significauítq;  
iis , qui attoniti aderant , se à tetris ho-  
minibus , ex quorum ore , & naribus  
intollerabiles ignes exundabant , per  
obscura loca deductum , donec accur-  
rens pulcherrimus Iuuenis iussit re-  
duci : quòd Seueri presbyteri lacry-  
mis Deus inum vitæ , & saluti redo-

qui-  
gen-  
egli-  
gere,  
ciui-  
plus  
ne-  
ntur  
fru-  
unt.  
I 2.  
abi-  
hi-  
cio.  
mi-  
di-  
d se  
erò  
am  
ve-

nâsset: igitur vitæ redditus, cùm se-  
ptem diebus pœnitentiam egisset, oca-  
uo die, tum scilicet rite expiatus, ite-  
rum viuere desit. Paucissimi, ô mi  
Neo-paroche, sic redeunt, pauciores  
reperias Seueros, qui lacrymis id suis  
impetrent. Et eheu! vnius morulæ  
spatio quantæ res interuertuntur? an-  
tequam ille de vite surculum puta-  
ret, mors vitam isti amputat, neque  
hîc te iuuat istud, *non putabam*: putare  
enim debueras: hinc illæ lacrymæ;  
illius sum interfector, reus mortis.  
Quid fier, si qui ad baptizandos in-  
fantes, aut absoluendos infirmos vo-  
cati, hærent non in vineâ, sed taber-  
nâ vinariâ; tergiuersarentur, cuncta-  
rentur, procrastinarent? mortuum  
fortè reuocare non poterunt ab infe-  
ris; sed sequi possunt: non sit, inquis;  
sed si fieret?

**C A P V T VI.**

Sit cultus Diuini studiosus,  
NVM: